



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Stephanvs Mart. 18. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

melioſententiam cum patrem etiam abduxif-
ſer, hoc mortuo, regnum alteri ceſſit, & quam in-
ter homines minus poterat, inter feras angelicam
vitam, annos v. ſupra xxx. vixit. Accepit tamen
tumulum cum magiſtro ſuo in regiâ urbe, cui
tunc primum mortuus videbatur, cum ille jam
olim fuiſſet. *Ex Ioan. Damasceno.*

*Salutem tuam medicus quarit, qui errâtem ovâ
converſit, qui ad malos & bonos vocandos ad bivia
miſit. Ecce & nunc tibi vendit regnum calorum: ſi
non habes obulum, unde emas, eme gemitu: fragmê-
to panis calorum regnum tibi retribuitur, S. Chryſ.
hom. 22, ad pop. Antioch.*

S. STEPHANVS MART. 18. Novembris.

STEPHANO huic tempora cognomen Iunioris
fecerunt. Natus eſt poſt votum VIRGINIS ima-
gini, quæ Blachernis colebatur, à matre factum.
Monachus non tamen Reipublicæ non profuit.
Pugnavit è latebris ſuis fortiffimè in communem
Divorum hoſtem Copronymum; tum præcipuè
cum in templum Blachernenſe (cunas STEPHANI)
debauchatus barbarus furor eſt. Tunc, inquam
STEPHANVS pro Matre & DEI & ſuâ pugnaturus
prodiit, & producto in conſpectu tyranni num-
mo, qui imaginem ejus præ ſe ferebat, oſtendit
facile auguſtiſſimas etiam DEI Divorumque ima-
gines honore debito colendas eſſe. Igitur inſidiis
appetitus, & impuritatis à mulierculâ mendaci
accuſatus, è ſpeluncâ ſuâ ad tribunal, inde in exi-
lium abducitur. Ibi quoque cum imaginum cul-
tum multis miraculis tueretur, vincis à tergo
manibus in publicos carceres reducit, ſex pa-
nis uncias & tres ſcyphos in hebdomades ſingulaſ

las matronā Christianā subministrante. Quod tamen cæli Saturnalia instare sibi certus esset, hæc etiam vitæ fomenta xl. ante mortem diebus respuit, & cum icones Divorum (tota illi hereditas erant) matronæ illi, de quâ diximus, donasset, obvius hostibus ivit, & post multa ludibria raptatus per urbem, calcibusque passim insultantium pulsatus, tigno denique cæsus oppetiit. Parricidæ carnifex dæmon fuit. Mulierculam lactentes gemini infantes in lecto lacerarunt, ipsi etiam scelere immerui. Nec verò aliter decebat aut patere aut mori viperam. Ex Sur. tom. 7.

Immensus est Deus & infinitus in justitiâ, sicut & in misericordiâ; multus ad ignoscendum, multus ad ulciscendum. Sed misericordia sibi priora vendicat, ut, si voluerimus, districtio non inveniatur in quem se viat. S. Bern. serm. 1. de Epiph.

S. R A D B O D V S E P. 29. Novembris.

Vitas Divorum R A D B O D V S speculum suum dicere est solitus. In hoc dum oculos suos defixit, alterum nobis speculum vitam ecce suam dedit. Pietatem in Caroli & Ludovici Imperatorum aulâ edoctus est, ipsissimâ virtutis tunc scholâ. Hæc clienti suo infulam Trajectensem peperit, dignissimo omnium calculis, præterquam suo. Submittere tamen eandem ad pauperum pedes, quos quotidie abluebat, non dubitavit, utque oculos & suos & aliorum falleret, ex auro quidem bibit, sed aquam; quam cum libare vellet non nemo, in merum vertit R A D B O D V S; itaque cavet ne pessimus pocillator gloriola venenum suum virtuti affunderet. Iam Danos, cum dicenti ad concionem obstreperent, diis devovit, quas

B b 5

illico